



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,  
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac  
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de  
Liesse dictam effulsere**

**Caout, Walrand**

**Coloniae Agrippinae, 1607**

Puerperea mulier à puerperij pressuris subleuatur, pijs ad B. V. effusis  
precibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

bidemque tam diutino hęsit tempore, vt quasi exanimis & aquis profocatus inter medias aquas rapr videretur. Duobus autem iuuenibus illum clamore valido prosequentibus, homo quidam, Deo sic dispondeate, superuenit, qui eum ę loco prędicto extraxit, & vbi eum ad ades parentum detulit, pater & mater tam lugubri spectaculo mirę attoniti voces lugubres cum lacrimis dederunt, simulque B. Virgini Camberonensi filium suum deuouerunt: quem vestibus exutum & ad ignem paululum appositum supra sacelli altare detulerunt, vbi vitam accepit & sensum: pro quo accepto munere solennes Deo & sanctissimę matri eius actę sunt gratię.

*PVERPERA MULIER A PVERPERIS  
vij pressuris subleuatur. pijs ad Beatam  
virginem effusis precibus.*

CAPVT LX.

**A**Nno quo supra mulier quędam ę Camberona castro, pręgnans cum esset męse sexto ę sua impregnatione graui afflictamorbo magnos & inmensos cruciatus perpeffa est ratione duorum infantulorum, quos suo gestabat in vtero, donec qui aderant cum obstetrice B. Virgini Camberonensi pijs  
pro



pro ea effudissent preces. Nam paulò post à  
pressuris & doloribus suis se sensit iramunem,  
& pueruli baptismi gratia donati sunt. Patet  
autem pluribus viæ comitibus venit sine mo-  
ra Camberonam, gloriosæ Virgini in sua æ-  
dícula gratias peracturus, vbi & omnes fra-  
tres ac religiosi conuenerunt, Te Deum, pio  
affectu decantantes.

**HOMO GRAVISSIMO PONDERE**  
*obrutus, implorata Beate virginis ope,*  
*surgit sanus ac omnino il-*  
*lesus.*

## CAPIT. LXI.

**E**odem adhuc anno quo supra, die sancto  
Luce sacro contigit vehiculum quoddã  
tegulis vndeque confertum supra Petrum  
Torquinium Lensij incolam euertere: quod ita  
illos, qui illi aderant, perterritum, vt ad vnum  
omnes subito affragientes, socium suum pro  
mortuo reputarent ac desererent. Homo verò  
pius & deuotus, nec non B. Virginis Cambe-  
ronensis peregrinus, benedictæ Virginis opẽ  
magno pietatis affectu implorauit, supplex in-  
genua ruit fugientesque compellans vt adese-  
rent misero, aliquid ei subsidij ex charitate de-  
ferentes, confestim qui currus ingenti ponde-  
re obrutus putabatur, ad eò sanus & incolu-  
mis